



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

annis constantissimè sociarit. Corpus suum dure adeò tractans, ut summa hieme, nuda pedes per altissimas nives incederet. Cibum gustavit nunquam, nisi illum priùs e gentibus denis ternis, Servatoris exemplo, poplite flexo ministrasset; Vigilijs, inediâ, flagris gravissimè se afflixit. Vnde magnis à Deo ditata beneficijs, futura prædicere, ægros curare, arcana pectorum aperire, incessum claudis, lumen cæcis dare poterat. Rem divinam ita assiduè audiebat, vt proinde distichon de ipsa subiectum circumferretur:

*In una Miſa non eſt contenta Ducissa;*

*Quot ſunt Presbyteri, tot miſas opeſat haberi.*

*Hanc olim ad Christi de Cruce pendentis effigiem preces fundentem dextrâ clavo solutâ, in bene precantis modum Soter Cruce signavit. Tandem rebus humanis Cracoviæ exuta anno P. C. N. M. CC. XLIII a Clemente IV. post mortem anno quarto & vigesimo Divis reliquis adscriptâ eſt.*  
*Ex vita eius.*

## XXI.

**C**OLONIÆ Triumphalis dies SS. VRSVLÆ, UNDECIES mille VV. & MM. quarum RELIQVIÆ Julie, Cliviæ, MONTIVM PROVINCIAS Sanctificant. De quibus qui plura sanctâ curiositate desiderat

desiderat, Vrsellanam Historiam R. P. Hermanni  
Crombach S. I. Sacerdotis perlegat.

## XXV.

**M**ONASTERII Euffiae SS. CHRYSANTHI  
& DARIÆ, quorum CORPORA sub SER-  
GIO II. Pontifice Romano A. C. DCCC. XXX.  
Marquardus Abbas Prumiensis Româ eò detulit.  
CHRYSANTHVM Tyrannus in carceres, DARIAM  
in lustrum trahi mandat; sed Illum contra  
varia & exquisita tormenta allapsa de Cælo lux;  
Illi am contra lenones, Leo tutatus est. Demum  
vivi terra obruti castissimi Coniuges Sanctiorem tha-  
lamum habuere tumulum. Corpora eorum superi-  
oribus bellis, securitatis ergo nominatissima in  
arce Euffiae ARBURGA ab admodum R. exi-  
miôque Domino Antonio Gelenio Decano,  
ex consilio Venerabilis Capituli, imposita,  
prodigiosè intacta stetere, quando turris nitra-  
to pulvere feta, de cælo tacta, ac magnâ sui  
parte deiectâ, incensa est, urbe mirifice Mar-  
tyrum SS. (ut piè credidit) meritis servata, quæ  
beneficij memor, quotannis diem hanc gra-  
tâ memoriâ recolit. Ex Annalibus Collegij ibidem.

## XXX.

**M**ARIA IOANNIS Intrepidi Burgundie Ducis  
Z 3 filia